

cum ablata fuerint partibus CLXXII. scru. XLVII. manēt part.  
 XC VIII. scrup. XVI. pro media nocte ad Calend. Ianuarij princi-  
 pio annorum Christi. Hinc ad primam Olympiadem in annis  
 Ægyptijs DCCLXXV. diebus XII. s. numeratur in motu præter  
 integros circulos part. LXX. scru. LVIII. detracta à part. XC VIII.  
 scrup. XVI. dimittunt part. XXVII. scrup. XVIII. loco Olympia-  
 dico. A quo sub descendētibz annis CCCCLI. diebus CCXLVII.  
 excreſcunt partes CX. scrup. LII. Quæ cum Olympiadiciſ con-  
 ſtant part. CXXXVIII. scrup. X. Alexandri loco ad meridiem pri-  
 mi diei menſis Thoth apud Ægyptios, atq; hoc modo in quibz  
 buſlibet alijs.

De Iouis cōmutationibus percipiēdis, & eius altitudine pro  
 ratione orbis reuolutionis terrenæ. Cap. XIII.



T autem & cætera circa Iouem apparentia percipi-  
 antur quæ commutationis ſunt, obſeruauimus dili-  
 gentiſſime locum eius anno Chriſti M. D. XX. XII.  
 Calend. Martij, ſex horis ante meridiem. Vidimus  
 per instrumentũ, quòd Iupiter præcederet primã ſtellã in fron-  
 te Scorpij, magis fulgentem, per gradus quatuor, ſcru. XXXI. &  
 quoniã locus ſtellæ fixæ erat in part. CCIX. ſcru. XL. patet locũ  
 Iouis fuiſſe in part. CCV. ſcru. IX. ad non errantiũ ſtellarũ ſphæ-  
 ram. Sunt igitur à principio annorũ Chriſti M. D. XX. æquales,  
 dies LXII. ſcru. XV. uſq; ad horam huius conſiderationis, à q̄  
 motus Solis medius deducitur ad ptes CCCIX. ſcru. XVI. ac ano-  
 malia commutationis ad partes CXI. ſcru. XV. quibus conſti-  
 tuitur medius ſtellæ Iouis locus in partes CXCVIII. ſcru. I. & q̄  
 niam locus ſummæ abſidis eccentrici hoc tempore noſtro reper-  
 tus in partibus cẽtũ quinquagintanouẽ, erat anomalia Iouis ec-  
 centri in part. XXXIX. ſcru. uno. Hoc exemplo, deſcriptus ſit  
 circulus eccentricus ABC, cuius centrũ ſit D, dimetiens ADC, in A ſit  
 apogæum, in C perigæũ, & propterea in DC ſit E centrũ orbis ter-  
 ræ annui. Capiatur autẽ AB circumferentia part. XXXIX. ſcru.  
 unius, atq; in ipſo B factò centro epicycliũ deſcribatur p̄ tertia  
 BF parte ipſius DE diſtantiæ. Fiat etiã DBF angulus æqualis ipſi  
 Q ij ADB, &

Q ij ADB, &